

# Pierij. Val. Leo, siue

**L**eones autem domitos, & Magnæ Deæ curru succedētes, Lucretius aliter interpretatur, qui velit figmentum id significare, liberos quātumlibet feroes obsequētes esse debere parentibus: ait enim,

*Adiunxere feras, quod quamvis effera proles  
Officis debet molliri viciā parentum.*

AGRICULTURA.

Faustina  
numus.

**V**Arto tamen in Cybeleio curru duo considerasse videtur, leonem vtiq; terræ symbolū, vti paulo antè dicebamus: mox quia genus id animalium in longinquis, & à nobis remotissimis regionib<sup>o</sup> inuenitur, nullā ait esse terræ partem tam remota quam coli subigiq; nō oporteat: ita omnes, quæ vel hieroglyphica sunt, vel quoquo modo mystica, in suam quisq; artem, vel disciplinā quam profitētur, trahūt. Diodor<sup>o</sup> autē, vti suusest mos, historias sibi configit ex cōmodo suo, leonesq; ideo Cybeles currum trahere confidūt ait, quod ab his ea educata fuerit. Vtrū verò curru vehatur Dea, an sella sedeat, quantum ad significatū pertinet, parui refert: nam in Faustinæ numo Gybelem Turritam leoninæ sellæ insidentem videas, quæ orbem intra manum & genu tenet: inscriptio, MATER MAGNAE.

MIXTA Q.V.I.D.

Augusti  
Cæsaria  
numus.

**Q**UOD verò pluribus in antiquorū monumentis, præcipueq; sepulchra lib. cernere est, leones aliquod animal apprehēdisse, quippe vel ouē, vel taurum, vel anguē, vel huiusmodi quippiā, ex eo conicere potes, sepulti animū aut naturam talem fuisse cuiusinodi, est ilud, quod apprehensum fuerit: quippe si ouem, vel agnū, vt in sepulchro quodā Romæ sub Aesculapij pronao habetur, intelligas hominē ferocitate demolita mansuetudinem amplexatum: si taurum temperantiam: si anguem, prudentiā, vel quid huiusmodi, prout animalis quod detētum fuerit significatū exiget, interpretaberis. Si verò hostiliter caprum vel disserptum, eius natura hostem male habitum, Nam in numo quodam argenteo Augusti Cæsaris validissimæ formæ leonē videas, qui cerū superat dentibus in armos affixis: quod fortè referri potest ad Actiacam victoriam, quam is

NATORVM OBSEQVIVM  
erga parentes.

D



FEROCITATE POSITA  
assumpta mansuetudo.

ACTIACA VICTORIA.

